Rationes Theologorum D. Max: & M. Stösseli, 104
cur Princeps Saxoniae recusat Naumburgi subscriptione.

S Inclito Iesu Servatore, Duce etiam & Ipsius gubernationis nunc
perpetuo, Non dubium nobis est Reverende Vir, quo-
cibus nos calumniis & criminationibus passim iam exagi-
tari, tanquam non solum optatissimae & saluberrimae pacis
turbatores, sed totius Ecclesiae & Germaniae horrendas pestes
& aerumnas, Usitatum est enim hominibus politicis,
& externam tranquillitatem rebus aliis anteponunt, non
modo veritatis assertores, ut faces & tubas bellorum
detestari sed ipsorum etiam ministerium & professionem
tanquam causam omnium motuum & certaminum tradu-
cere, Cumque longe rabiosius saeviunt, cum illorum
concinnis deliberationibus & speciosis concordiae formulis
formulis non mox applauditur, Idem nobis nunc
etiam usu venit, quod gravissimis de causis sub-
scriptionem Confessioni Augustanae Illus. Princip. nostro
dissuasimus, Nec tantum ab exteris impedimur
Sed a nostris etiam, nec paucis nec obscuris hominibus
quibus in hac concordia plurimum emolumenti positum
fuit, Etsi autem grave est tot sapientum & doctorum
& eiusdem Religionis socios se profitentur, in qua iu-
dicia sustinere tamen Deo nec ~~aut~~ ars frangi
nec veritatis patrocinium abiici a nobis oportet, sustentat
n: nos & conscientiae rectitudo & quod eiusdem fortunae
summos Prophetas & ministros Dei socios habituros
vere n: in hos plausibiles Zelotes & amnestias fabrica-
tores illud Eliae urgere possimus, Non nos sumus
qui patrem Israel turbemus sed ipsissimi fictae
conciliationis autores Architectos. Causas porro
abrupti conventus & repudiatae amnestias evidentissi-
mas proposuimus, easque etiam nostris flagellatoribus
opponemus.

Quod nefas sit & indignum Christiano Principe
manifeste falsa & contra Confessionem admissa excusare
aut ipsa pronuntiare, Sic enim scriptum est,
Non dices falsum testimonium, Item Vae qui dicitis
malum bonum

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/cpg155/0225
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert von der MANFRED LAUTENSCHLÄGER STIFTUNG